

P V I S

1 6 1 8



- I. Conradi Ritteri susū Paraphrasis Psalmi AC nuptiis lic.  
 II. Bermanni paraphrasis Palmeri Statuor, 121. 91. 125. 124.  
 III. Bermanni paraphrasis Psalmorum 22. 16. 69.  
 IV. Bermanni paraphrasis Psalmis 68.  
 V. Bermanni Epiphempsion Psalmorum 91. 97.  
 VI. Bermanni Psalmi 104. 8. 19.  
 VII. Poletani Paraphrasis Prometie Tunc  
 VIII. Mundorpis paraphrasis Tunc  
 IX. M. Iacobi Gregorii Tonus.  
 X. Zozimus Fabri de Nativitate Christi.  
 XI. M. Theodori de Nativitate Christi.  
 XII. Wittenbergi Ode de Redencionis Operae.  
 XIII. Opus de Pectu Christi ad Inferos.  
 XIV. Dornarii Heptastimulata Resurrectionis.  
 XV. Stentorii ubiq impudentissimis.  
 XVI. Trautmanni in studio puro Luterano.  
 XVII. Praetori Esti Germaniae ad Electores.  
 XVIII. Moiti ecclesia ad Christianum Praefabili.  
 XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Fr. Am.  
 XX. Henrici ab Ercen ad Mauriciu.  
 XXI. Abrahami Cremoni ad Electore Brand.  
 XXII. M. Ameling statulae in Nata len.  
 Rudolphi Principe. Ingultrin.  
 XXIII. Moiti in Nuptiis Rudolphi Pr. Anh.  
 XXIV. Bermanni Ecloga Rodolphus.  
 XXV. Browni Nuptiis datis Rudolphi Pr.  
 XXVI. Wenzel et M. Jenne Nuptiis  
 eiusdem.  
 XXVII. Parentalia Augusto Electori a  
 D. Maiore habita.
- I. Conradi Ritteri susū Paraphrasis Psalmi AC nuptiis lic.  
 II. Bermanni paraphrasis Palmeri Statuor, 121. 91. 125. 124.  
 III. Bermanni paraphrasis Psalmorum 22. 16. 69.  
 IV. Bermanni paraphrasis Psalmis 68.  
 V. Bermanni Epiphempsion Psalmorum 91. 97.  
 VI. Bermanni Psalmi 104. 8. 19.  
 VII. Poletani Paraphrasis Prometie Tunc  
 VIII. Mundorpis paraphrasis Tunc  
 IX. M. Iacobi Gregorii Tonus.  
 X. Zozimus Fabri de Nativitate Christi.  
 XI. M. Theodori de Nativitate Christi.  
 XII. Wittenbergi Ode de Redencionis Operae.  
 XIII. Opus de Pectu Christi ad Inferos.  
 XIV. Dornarii Heptastimulata Resurrectionis.  
 XV. Stentorii ubiq impudentissimis.  
 XVI. Trautmanni in studio puro Luterano.  
 XVII. Praetori Esti Germaniae ad Electores.  
 XVIII. Moiti ecclesia ad Christianum Praefabili.  
 XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Fr. Am.  
 XX. Henrici ab Ercen ad Mauriciu.  
 XXI. Abrahami Cremoni ad Electore Brand.  
 XXII. M. Ameling statulae in Nata len.  
 Rudolphi Principe. Ingultrin.  
 XXIII. Moiti in Nuptiis Rudolphi Pr. Anh.  
 XXIV. Bermanni Ecloga Rodolphus.  
 XXV. Browni Nuptiis datis Rudolphi Pr.  
 XXVI. Wenzel et M. Jenne Nuptiis  
 eiusdem.  
 XXVII. Parentalia Augusto Electori a  
 D. Maiore habita.
- fuselii &.
- XXIX. Fecit Albrechtus Johanni Ernesto.  
 XXX. Angelii ad Barinem de Wechinitz.  
 XXXI. Memorie Damocli. Dieboldii.  
 XXXII. Abramini Cremoni de Redemptione Propheta.  
 XXXIII. Prophecia Fuselio et Cremoni dicta.  
 XXXIV. M. Vietori, cum renunciaretp Rector.  
 XXXV. Ode Sappho in Doctores Honoratus.
- XXIII. In Magisteriu Honore Joh. Cremoni  
 XXVII. Bermanni in honorem Magister  
 zu Oppensir XX juvenum.  
 XXIX. M. Roberti in Magisterium Haberlandi.  
 XXX. In Magisteriu Coppenii  
 XL. Bethmanni Herdesiani.  
 XLI. Christiani Lopexi.  
 XLII. Abramini Theopoldi.  
 XLIII. M. Coppenii Gratianu. fecit in Magister  
 XLIV. De dignitate Consulari Trescorum.  
 XLV. De dignitate Notariatus Gelani.  
 XLVI. Apocrorum Politorum signata.  
 XLVII. Nuptiis Petri a Tona.  
 XLVIII. Puschneri.  
 XLIX. Richardi.  
 L. Wolfgangi Hanen.

Ec. II

I.	Nuptie M. Johannis Aldendorpii.	LXXXIII.	Danielis Walstorpii.
II.	Christiani Flemmingii.	LXXXIV.	Balthazaris Theodori.
III.	Augustini Reinharti.	LXXXV.	Theodori Fabricii.
IV.	P. Wolfgangi Amelingi.	LXXXVI.	P. Joannis Sagittarii.
V.	Eiusdem.	LXXXVII.	Friedericii Hamelii.
VI.	Eiusdem.	LXXXVIII.	Christopori Heidman.
VII.	Eiusdem.	LXXXIX.	Eiusdem.
VIII.	Isaac Ziegeli.	XC.	Matthaei Wölfi.
IX.	— uice ab Enden.	XCI.	Davidis Säckii.
X.	Chrysostomus Princii.	XCII.	Petri Meierii.
XI.	Valerii Rudigeri.	XCIII.	Gothfridi Schaueri.
XII.	Hieronymi Lamperti.	XCIV.	Andrea Josii.
XIII.	P. Martini Cöppen.	XCV.	D. Cyriaci Herderianii.
XIV.	Bartolomei Schrotteri.	XCVI.	Eiusdem.
XV.	Petri Meierii.	XCVII.	M. Joannis Freytagii.
XVI.	Johannis Alberti.	XCVIII.	D. Herderianii.
XVII.	Martini Fabri.	XCIX.	Godefridi Kettwichei.
XVIII.	Abrahami Vierhaberi.	C.	Balthazaris Jan. Kettwichei.
XIX.	Pauli Bergmanni.	C.I.	Facobi Trojae.
XX.	Facobi Werenbergii.	C.II.	M. Joannis Crameri.
XXI.	Eiusdem.	C.III.	In obitum Lampi Weltmeierii.
XXII.	Bartolomei Montopen.	CIV.	Mennai Casauoni; Freber.
XXIII.	Facobi Riemii.	CV.	Filioli Zachariae Poli.
XXIV.	Chrysostomus Herderianii.	CVI.	M. Zachariae Poli.
XXV.	M. Theodori Fabricii.	CVII.	P. Andreae Rauchzari.
XXVI.	Valentini Heisei.	CVIII.	Wolfgango Amelingi.
XXVII.	Henningi Grossii.	CIX.	Bernhardi Principis Arnsalt.
XXVIII.	Zeremie Uden.	CX.	P. Hummi.
XXIX.	Johannis Schoei.	CXI.	Conjux P. Sagittarii.
XXX.	Johannis Ummendorpii.	CXII.	Valentini L. Bruegii Sypho.
XXXI.	M. Joannis Cöppenii.		
XXXII.	Andrea Grotteri.		

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.



PSALMI XC.  
PARAPHRASIS

E P I C A

CONRAD O RITTER S.  
HVSIO V. I. DOCTORE,

L. M.

D I C A T A

Honori & felicitati nuptiarum

Ornatissimi Viri

THEODOSII STANII,

Bervuardi F. Secretarii Il-  
lustriss. Princ. ac D. D.

PHILIPPI LUDOVICI

PALAT. AD RHENVM &c.

Celebrandarum Gündelfingii Suevorum,

Cum pudiciss. Virginie

DOROTHEA SMIDIA, GEORGII

SMIDI, Annonæ Ducal. Praef. F.

IV. Calend. Novemb.


A N N O C H R I S T I  
c I o . I o . x c i v .

NORIBERGAE, in officina Gerlachiana, per

PAVLVM KAVEMANNV M.



KÖN.PR.FR.  
UNIVERS.  
ZV HALLE



A D

M. BERVVARDVM  
S T A N I V M,

Doctrina & virtute præstantem  
virum, Scholæ Solispachianæ  
Rectorem,

*De Nuptiis filii ipsius*

T H E O D O S I I . S T A N I I E c.



RGON E sacra tuo jam connubialia nato  
BERVVARD E dilecte instruis, pius pater?  
Nectantum nostras poscis bona carmina Musas,  
De more tædis filii gratantia;  
Verum etiam præsens invitas ut velim adesse,  
DEO QV E commendare coram has nuptias?  
Iure quidem officium, STAN I bone, poscis utrumque,  
Majora cum tibi atque plura his debeam.  
Talis amicitiae tecum mihi contigit usus,  
Cum liberis totaque cum tua domo.  
Agnosco & fateor. Veruntamen abnuo utrumque:  
Carmen simul, simul meam præsentiam.  
Hæc ut amicitiae liceat mihi pace negare  
Tuæque, filiique sponsi, te rogo.  
Quo minus ipse sacrum hoc ad connubiale capebam  
Iter, mihi obstant multa, priva, publica:

Vt taceam passim discrimina mille viarum,  
Quas latro dirus militis specie obsidet;  
( Te tamen ille manus velit abstinuisse tuisque,  
A fortiore milite clausis latus )  
Vt taceam decumo prope prata madentia ab imbre,  
Nostroque sidus haud amicum vertici.  
Quo minus allegem nostras ad festa Camænas,  
Talassionem concinentes ut decet,  
Desuetæ faciunt jam pridem in carmine vires:  
( In metamen si virium unquam quicquam erat )  
Adde quod admittant nil lætum hæc tempora, quando  
Periculosi fama belli perstrepit.  
Ne tamen interea sine me sua sacra celebret  
Cum D O R O T H E A sua tuus T H E O D O S I V S :  
Me conjunctum animo ac fido sibi pectore habebit,  
Et M o s i s hæc detexta filo carmina.  
Cætera ab H E V P E L I I Musa expectare jubebo,  
Nostrī & N I G R I N I , candidi magis Cycno.

*CONRAD. RITTERSHVSIVS.*



E P I -

E P I C A  
PARAPHRASIS PSALMI XC.

A D  
THEODOSIVM STANIVM SPONSVM.

**N**TE mare & terram & quod continet omnia cælum,  
Aëris & campos & tractus ætheris alti,  
Cum nondum ulla foret rerum genitalis origo  
Æterna fabricata manu, neque culmina montium  
Erigerent sese excelsa minitantia cælo,  
Ex altoque humiles quasi despicientia valles,  
Jam tu, summe D E V S , finisque & originis expers  
Vivebas, nullis arctatus legibus ævi:  
Jam tum præsidium miseris mortalibus in te,  
Jam tum perfugium & statio fidissima nobis  
Extitit, in Gnato electis ante omnia secla.

Unde igitur, tibi si cura est gens nostra, J E H O V A ,  
Unde est, quod cunctos sic mors ditione coercet?  
Nimirum inde: velut dias in luminis oras  
Numine quisque tuo venit ducente, vicißim  
Vitæ filia secans ita mandas quemque reverti,  
Ut corpus terræ, mens restituatur Olympo.  
Nam si nec vilis certo sine numine tectos  
Aucupis in casses delabitur aëre passer,  
Quis credat, simulacra D E I , pretioque redempta  
Infinito, hominum mortalia secula volvi  
Sic temere, & cæci casus vertigine tolli  
De medio? D E V S ipse, D E V S fatalia vitæ  
Tempora distribuit, nulli superanda, cuivis.  
Ac licet extento vitam quis porrigat ævo  
Longinquam, & quot vis vivendo secula condat,  
Mille annos implens (quæ vix ulli data forse est)  
Mille anni ante tuos oculos hæsterna velut lux,  
Aut instar spatii, quo lumine circuit urbem  
Excubitor vigili in tenebris & nocte profunda.

Haud secus ac torrens hibernis imbribus auctus  
Cum strepitu per saxa ruit celer, omnia inundans,  
Et visum effugiens undæ superingruit unda:  
Sic hominum quoque vita fugit. Ceu munere somni  
Qui fruitur, vires recreans, sensusque reconfans,  
Cum tandem evigilat, vix obdormisse videtur:  
Sic vita acta retro nobis vix acta videtur,  
Cum nec opinanti mors ad caput adstitit atra.  
Qualia præterea viridis sunt grama campi,  
Mane novo tremulis roris lucentia gemmis,  
Et ridens pratum eximio decorantia cultu,  
Decedente die sed falce resecta coloni  
Amittunt nativum exarescentia succum:  
Talis homo est, quisquis vitali vescitur aura.

Fra tua in causa est, Deus ô fortissime, quod sic  
Ab ripimur, miserique tuo turbamur in astu.  
Hæc adeò forfex vitalia stamina rumpit.  
Ante tuos etenim commissa piacula nobis  
Constituis vultus, memorique ea pectore servas.  
Quæ nos obliti, ventis dedimusque ferenda.  
Quin etiam clara manifesta in luce reponis,  
Quæ furtim in tenebris patramus noctis opacæ.  
Hinc vita marcescit honos, ut cera liquefcit  
Aut Solis radiis aut flamarum icta calore.  
Hinc dicto citius fluit irrememabilis ætas.

Communis vita cursus, vulgaris & ordo  
Vix annos in se comprehendit septuagenos;  
Cum ventum ad summum est, complectitur octuagenos:  
Quicquid in his præstat, labor atque molestia totum est,  
Et curæ & gemitus & plurima causa dolendi.  
Sic adeò humanum celeri pede labitur ævum,  
Ut volucris liquidum diverberat aëra pennis,  
Ut valida vibrante manu volat acta sagitta,  
Neutra impressa via vestigia pone relinquens.  
Atque hæc ut sint in se verissima longè,  
Ac homini nato non ignorata cuiquam,

Ut pra-




Ut præsens nobis intentent cuncta periculum,  
Plurimaque ante oculos veretur mortis imago,  
Quis tamen ( heu stupidi ! ) tantam vim vindicis iræ  
Ponderat agnoscens ? cui mens percussa timore  
In se descendit ? quem vita admissa remordet  
Anteactæ ? in melius quis tandem errata priora  
Corrigit ? ipse dies tu nos numerare, J E H O V A ,  
Ipse doce nostros, vitaq; quod exitus instet.  
Sic oculis turpi deterso deinde veterno  
Mens animi sapientia curanda intenta saluti.

Qui modus aut quænam est pænarum denique finis?  
Aversos pridem vultus adverte vicissim,  
O D E V S , & nobis oculos ostende benignos :  
Pæniteatque mali, quo nos multare merentes  
Sederat ante animo. Satiet tua gratia sic nos,  
Ut roseus Sol mane novo se didit in orbem.  
Sic laudes vox nostra tuas, dum vita manebit,  
Nunquam non memori & gratanti corde loquetur.  
Ac quia non sanè ignari sumus ante malorum,  
Perpepsi multos, quæ vix toleranda, per annos :  
Exhilara tandem ærumnarum pondere fessos,  
Et recreamentes curarum fluctibus haustas.  
Læta superveniat, quæ tristia temperet, hora.  
Sit manifesta tuis tua servis gloria, & ipsis  
Et natis : operumque tuorum sorte fruamur.

Ipse assit vultu D O M I N V S placatus amico :  
Ipse assit nobis : operumque incepta piorum  
Prospiceret, in manibus benè succendentia faustis,  
Ipsius in laudem ut cedant, nostramque salutem.  
Hoc etiam T H E O D O R A tibi tua ab auspice juncta  
Felices tecum, S T A N I optime, ut exigat annos,  
Conjugiique bonis te divitet omnibus, actum  
Per varios casus, fortuna & acerba noverca,  
Comprecor. Et fiet, si quid pia vota valebunt,  
Quæ penetrant nubes ipsum expugnantia Olympum.

A L T O R P H I I die xvi. Octob. Anno 1594.  
O P T .





OPT. GAVDIORVM HVIVS  
VITAE MODVS.

FELIX, qui vitæ sic momentanea libat  
Gaudia, quæ parva stant fugiuntque mora,  
Ut finis respectum animo non deleat unquam,  
Et summi extremum judicis arbitrium.

C. R. B.

F I N I S.

OPT.



Id 4212. 8°

ULB Halle  
002 391 589

3



D

Sb

McC.  
VOM



**Farbkarte #13**

B.I.G.



PSALMI XC.  
PARAPHRASIS

E P I C A

à

CONRAD O RITTER S.  
HVSIO V. I. DOCTORE,

L. M.

D I C A T A

Honori & felicitati nuptiarum  
Ornatissimi Viri

THEODOSII STANII,

Bervuardi F. Secretarii Il-  
lustriss. Princ. ac D.D.

PHILIPPI LUDOVICI  
PALAT. AD RHENVM &c.

Celebrandarum Gündelfingii Suevorum,  
*Cum pudiciss. Virgine*

DOROTHEA SMIDIA, GEORGII  
SMIDI, Annonæ Ducal. Præf. F.

IV. Calend. Novemb.

A N N O C H R I S T I  
c i o . i o . x c i v .

NORIBERGAE, in officina Gerlachiana, per  
PAVLVM KAVEMANNV M.